Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

recipit mercedem suam. Sed & si hoc propter dm facit in exemplum filiorum beati iob sicut & ceteri fraterne dilectionis officia ipse quinussit remunerat. Qui gulosus ac luxoriosus propter lasciuiam inuitat poenam in futuro plectetur aeternam.

Haec cum audisset quidam de simul discumbentibus: dixit ei. beatus qui manducabit panem in regno dei.

Panis qui manducatur in regno dei non iuxta cherinthum corporalis intellegendus. e. cib: sed ille utiq: quiait. Ego sum panis uiuus qui de caelo descendi. si quis manducauerit ex hoc pane. uiuet in aeternum. Id. e. si quis meae incarnationis sacramento perfecte in corporis meae diuinae maiestatis uisione fruimeruerit hic per praeuia uite in mortalis beatitudine gaudebit. Sed quia nonnulli hunc panem fide tenus quasi adorando percipiunt. Dulcedinem uero eius attingere uenerit gustando fastidiunt subiecta parabola dni talium corporem caelestibus epulis dignum non. ee. redargut. sequitur enim.

LVIIII

Ait ipse dixit ei. Homo quidam fecit caenam magnam & uocauit multos.

Quis e. iste homo. nisi ille de quo per prophetam dicitur. & homo. e. & quis cognoscet eum. Qui fecit caenam magnam quia sapientiam nobis inter nae dulcedinis praeparauit. qui uocat multos sed pauci uenium quia non numquam ipsi qui per fidem subiecti sunt a & no eius conuiuio male uiuendo contra dicunt.

Et misit seruum suum hora caenae dicere inuitatis. ut uenirent quia iam parata sunt omnia.

Quid hora caenae. nisi finis. e. mundi. In quo mirum nos sumus. sicut iam dudum paulus testatur dicens. Nos in quos fines saeculorum deuenerunt. Sicut ergo iam hora caenae. e. cum uocamur. tanto minus debemus excusare conuiuio dei. quanto propinquasse iam cernimus finem seculi. Idcirco autem hoc conuiuium dei non prandium sed caena nominatur. Quia post prandium caena restat. post caenam uero nullum restat. & quia & numdi conuiuium nobis in extremo praeparabitur. restum fuit ut hoc non prandium. sed caena uocaretur. Sed quis per hunc seruum quia patre familias ad inuitandum mittitur. Nisi praedicatorum ordo signatur. Ad repellendum autem fastidium nostrum iam parata sunt omnia. quia ad abstergendum mentis nostre corporem in caena dominica nobis singularis agnus occisus est qui tulit peccata mundi.

Coeperunt omnes simul excusare.

Offert dis quod rogari debuit nonnullis non rogatus dare uult quod uix speraeri poterat quod dignari eis largiri praestulatus contemnitur uero paratus deliciis refectionis aeternae denuntiat. Et tamen simul omnes excusant si enim dicunt aliqui excusare nolumus. Ad illud enim superne refectionis conuiuium & uocari & peuenire gaudulamus